

BOLETIN



ECLESIASTICO

ADIEEL.

Obispado de Astorga.

SECRETARIA DE CÁMARA.

Continúa la suscripción de donativos voluntarios abierta en esta Diócesis á favor de la Santa Sede.

Reales. Mrs.

Suma anterior. . . . 259.142 32.

D. José Pérez, Coadjutor de Quintana de Fusa- ros.	19
Los vecinos de id.	29
SUMA.	<u>259.160 32.</u>
(Se continuará.)	

Astorga 21 de Octubre de 1862.—
Dr. Joaquín Palacio, Canónigo Se-
cretario.

IN FESTO

PURISSIMI CORDIS BEATAE MARIAE
VIRGINIS

DUPLEX MAJUS
OFFICII ET MISSA APPROBAT. A. S. R. C.
die 21 Julii 1855.

AD VESPERAS

Antiph. et Cap. de Laudibus. Psalmi
ut in Officio parvo.

Hymnus.=Ave Maris Stella.

¶. Exulta in omni corde, filia Jeru-
salem:

R). Rex Israel Dominus in medio
tui.

Ad. Magnif. Ant. Exultavit cor
meum in Domino, et exaltatum est
cornu meum in Deo meo, quia lætata
sum in salutari tuo.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde Beatæ Mariæ Virginis dignum Spiritus Sancti habiteculum præparasti, concede prepitius ut ejusdem Purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.

AD MATUTINUM:

Invitat. Ave Maria gratia plena. Domini tecum.

Psalmus. Venite exultemus Domino.

Hymnus. Quem terra, pontus, sidera, etc.

IN I. NOCTURNO.

Ant. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

Psalmi ut in Officio parvo B. Mariæ.

Ant. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus mens in Deo salutari meo.

Ant. Quia resperit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

P. Anima mea liquefacta est:

E. Ut locutus est dilectus.

DE CANTICIS CANTICORUM.

Lectio I. Cap. 4.

Quam pulchra est amica mea, quam pulchra es! oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut vitta coccinea labia tua et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est

cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno crine colli tui. Favus distillans labia tua, Sponsa, mel et lac sub lingua tua. Hortus conclusus, fons signatus. Tu autem.

R. Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum. Ut timeat nomen tuum.

P. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Ut timeat..

Lectio II. Cap. 5.

Veni in hortum meum, Soror mea, Sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi lavum cum melle meo. Vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium. Surrexi ut aperirem dilecto meo, manus meæ stillaverunt myrrham, et digitæ mei pleni myrrha probatissima. Aperui dilecto meo, at ille declinaverat atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est. Tu autem.

R. In Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo: Deus Dominus fortitudo mea. Super excelsa deducet me.

P. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Super.

Lectio III. Cap. 5 et 6.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiustasti nos? Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex iunctibus, totus desiderabilis. Talis est dilectus meus,

et ipse est amicus meus, filiae Jerusalēm. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Quo declinavit dilectus tuus? et quāremus eum tecum. Pulchra est amica mea, suavis et de-
cora sicut Jerusalem, terribilis ut cas-
trorum acies ordinata. Una est colum-
ba mea, perfecta mea, una est matris
suæ, electa genitrici suæ. Viderunt
eam filiae, et beatissimam prædicave-
runt eam. Tu autem.

¶. Iaveni gratiam apud oculos tuos
Domine mi. Qui consolatus est me,
et locutus est ad cor ancillæ tuæ.

¶. In toto corde meo exquisivi te,
ne repellas me a mandatis tuis. Qui
consolatus.—Gloria Patri. Qui conso-
latus.

IN II. NOCTURNO.

Ant. Beata, quæ credidisti, quoniam
perficiuntur ea, quæ dicta sunt tibi a
Domino.

Ant. Fecit mihi magna qui po-
tens est, et sanctum nomen ejus.

Ant. Fecit potentiam in brachio
suo, dispersit superbos mente cordis
sui.

¶. Fortis est ut mors dilectio.

¶. Dura sicut infernus æmulatio.

Sermo Sancti Bernardini Senensis.

Ex Serm. 9. de Visitatione.

Lectio IV.

Quis mortalium, nisi divino fretus
oraculo, de vera Dei et hominis Gen-
itice quidquam modicum, sive grande
præsumat pollutis labiis dominare:
quam Pater ante sæcula Deus perpe-
tuam prædestinavit in Virginem dig-
nissimam: Filius elegit in Matrem:
Spiritus Sanctus omnis gratiæ domi-
cillum præparavit? Quibus verbis ego

homunculus sensus altissimos Virgi-
nei Cordis, sanctissimo ore prolatos
efferam; quibus non sufficit lingua
omnium hominum, et etiam angelorum?
Dominus enim ait: bonus ho-
mo de bono thesauro cordis sui pro-
fert bona. Quis autem inter pueros
homines melior homo potest exco-
gitiari, quam illa, quæ meruit effici Ma-
ter Dei, quæ in Corde et in utero suo
ipsum Deum hospitata est? Quis the-
saurus melior quam ipse divinus amor
quo Cor Virginis ardens erat. Tu au-
tem.

¶. Ego diligentes me diligo, et qui
mane vigilant ad me, invenient me.
Mecum sunt divitiae et gloria: * Opes
superbæ et justitia.

¶. Ut ditem diligentes me et the-
sauros eorum repleam. Opes.

Lectio V.

De hoc igitur Corde quasi fornace
divini ardoris Virgo Beata protulit ver-
ba bona, id est verba ardentissimæ
charitatis. Sicut enim a vase optime
vino pleno non potest exire nisi optimum
viuum: aut sicut a fornace sum-
mi ardoris non egreditur nisi incen-
diu[m] ferrens; sic de Corde Matris
Christi exire non potuit verbum, nisi
summi, summeque divini amoris at-
que ardoris. Septem verba tantum
mitæ sententiae et virtutis a Christi
benedictissima Matre leguntur dicta.
Cum Angelo bis tantum locuta est.
Cum Elisabeth, bis etiam. Cum Filio
etiam bis. Cum ministris in nuptiis
semel. Haec septem verba, secundum
septem amoris actus, sub miro gradu
et ordine prolata, quasi sunt septem
flamme Cordis ejus. Tu autem.

¶. Ego Mater pulchræ dilectionis,
et timoris, et agnitionis et sanctæ spei.
In me gratia omnis viæ et veritatis
In me omnis spes vite et virtutis,

¶. Transite ad me omnes qui concupisceatis me, et a generationibus meis implemini. In me omnis spes.

Lectio VI.

Quæ verba considerans mens devota, cum ipso Propheta ait: Quam dulcia saucibus meis, id est omnibus affectiōnib⁹ eloquia tua! Porro dulcedo hæc quam in verbis Beatae Virginis devota mens sentit, est ardor pīx devotionis, quam in eis anima experimentaliter probat. Distinguamus igitur per ordinem has septem flamas amoris, verborum Virginis benedictæ. Prima est flamma amoris, separantis. Secunda amoris transformantis. Tertia amoris communicantis. Quarta amoris jubilantis. Quinta amoris soporantis. Sexta amoris compatiens. Septima amoris consummantis. Tu autem.

R). Beatus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie et observat ad postes ostii mei. * Qui me invenerit inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

¶. Qui autem in me peccaverit, lœdet animam suam: Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Qui me — Gloria Patri. Qui me.

In III. Nocturno.

Ant. Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?

Ant. Misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

Ant. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiae suae.

¶. Ego dilecto meo.

R). Et ad me conversio ejus.

*Lectio Sancti Evangelii secundum
Lucam. Cap. II.*

Lectio VII.

In illo tempore dixit Mater Iesu ad

illum; Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Et reliqua.

De Homilia Ven. Bedae Presbyteri.

*In Homil. Hym. de Temp. Dom. I.
post Epiph.*

Mater ejus, inquit Evangelista, conservabat omnia verba haec in Corde suo. Omnia quae de Domino vel a Domino dicta, sive acta cognoverat Mater Virgo, diligentius in Corde retinebat, sollicite cuncta memoriae commendabat, ut cum demum tempus praedicandæ, sive scribendæ Incarnationis ejus adveniret, sufficienter universa, prout essent gesta, posset explicare quaerentibus. Imitemur et nos, Fratres mei, piam Domini Matrem, ipsi quoque omnia verba et facta Domini ac Salvatoris nostri fixa in corde conservando. Tu autem.

R). Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem; * Neque flumina obrouent eam.

¶. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Neque.

Lectio VIII.

Horum Domini verborum et actionum meditatione diurnâ et nocturnâ importunos inanum nocentiumque cogitationum repellamus incursus: horum crebra collatione et nōs et proximos nostros a fabulis supervacuis, et male dulcoratis detractionum colloquiis castigare, atque ad divinae frequentiam laudis accendere curemus. Si enim, fratres carissimi, in futuri beatitudine saeculi habitare in domo Domini, ac perpetuo illum laudare desideramus, oportet nimirum et in hoc sacculo, quod in futero quaeramus,

sollicite praemonstremus: frequentando videlicet Ecclesiae limina, et non solum in ea laudes Domini canendo, sed et in omni loco dominationis ejus ea, quae ad laudem gloriamque conditoris nostri proficiant, verbis pariter ac factis ostendendo. Tu autem.

R). Spiritus meus super mel dulcis,
et haereditas mea super mel et favum.
Qui audit me non confundetur. * Et
qui operantur in me non peccabunt.

* Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. Et qui.—Gloria Patri
Et qui.

Lectio IX.

*De Homilia Dominicæ occurrentis,
sed si extra Dominicam agi de hoc
Festo contingat, tunc Lectio IX, inci-
piet ab asterisco posito supra Lectio-
ne VIII.*

Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Et per Horas.

Ant. Trahe me post tecurremus
in odorem unguentorum tuorum.

Psalmus. Dominus regnavit—cum
reliquis de Dominicâ.

Ant. Dilectus meus loquitur mihi:
surge, propera, amica mea.

Ant. Fulcite me floribus, stipate
me malis: quia amore langueo.

Ant. Adjuro vos, filiae Jerusalem,
ne suscitetis dilectam quoadusque ipsa
velit.

Ant. Ego dormio, et cor meum vi-
gilat.

Capitulum. Cant. C. 8.

Pone me ut signaculum super Cor-
tuum, ut signaculum super brachium
tuum, quia fortis est ut mors dilectio,
dura sicut infernus aemulatio, Lampa-

des ejus lampades ignis, atque flam-
marum.

HYMNUS.

O gloria Virginum.

* Qui me invenerit inveniet vi-
tam:

R). Et hauriet salutem a Domino.

Ad Benedictus. Ant. Extollens
voceem quaedam mulier de turba dixit
illi: beatus venter qui te portavit et
ubera que suxisti.

OBATIO,

Omnipotens sempiterne Deus, qui in
Corde Beatae Mariae Virginis dignum
Spiritus Sancti habitaculum praepara-
sti, concede propitius ut ejusdem puri-
simi Cordis festivitatem devota mente
recoletes, secundum Cor tuum vive-
re valcamus. Per Dominum.

AD PRIMAM.

R). Breve. Christe Fili Dei vivi.
* Qui natus est de Maria Virgine.
*Ad Absolutionem Capituli lectio bre-
vis.* In omni terra, ut infra ad Nonam.

AD TERTIAM.

Ant. Dilectus meus.
Cap. Pone me ut signaculum:
R). br. Anima mea * Liquefacta
est. Anima.

* Ut locutus est dilectus. Lique-
facta est.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui
Sancto. Anima mea.

* Fortis est ut mors dilectio:
R). Duca sicut infernus aemulatio.

AD SEXTAM.

Ant. Fulcite.

Cap. Eccl. 24.

Ego ex ore Altissimi prodivi, primo genita ante omnem creaturam, ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram.

R. br. Fortis est. Ut mors dilectio. Fortis.

¶. Dura sicut infernus æmulatio. Ut mors.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritu Sancto. Fortis est.

¶. Ego dilecto meo.

R. Et ad me conversio ejus.

AD NONAM.

Ant. Ego dormio.

Cap. Eccl. 24.

In omnia terra steti, et in omni populo et in onibus rœquiem quaesivi, et in hæreditate Domini morabor.

R. br. Ego* Dilecto meo. Ego.

¶. Et ad me conversio ejus, dilecto meo.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto. Ego dilecto meo.

¶. Qui me invenerit inveniet vitam.

R. Et hauriet salutem a Domino.

IV SECUNDIS VESPERIS.

Omnia ut in primis.

¶. Viam mandatorum tuorum curri.

R. Cum dilatasti Cor meum.

Ad Magnificat Antif. Exultavit Cor meum in Deo salutari meo: quia fecit mihi magna qui potens est.



IN FESTO

PURISIMI CORDIS BEATÆ MARIAE VIRGINIS

AD MISSAM.

—
INTROITUS.

Psalmus 44.

Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intu, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus: adducentur Regi virgines post eam, proximæ ejus afferentur libi.

Psalmus idem. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

Omnis gloria.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde Beatæ Mariæ Virginis dignum Spiritus Sancti habitaculum præparasti, concede propitius ut ejusdem Purissimi Cordis festivitatem devota mente recor'entes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiæ.

Cap. 8.

Pone me ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lampades ejus lampades ignis atque flamarum. Aque multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo

omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Graduale Cap. 7. 26. Nihil inquietum in eam incurrit: Candor est lacrimæ æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius.

† *Cant. 6.* Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia Alleluja, Alleluja.

† *Magnificat anima mea Dominum:* et exultavit spiritus meus in deo salutari meo Alleluja.

† *Sequentia Santi Evangelii secundum Lucam.*

Cap. 2.

In illo tempore: dixis Mater Jesu ad illum: Fili, quis fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quis in his quæ Patris mei sunt operet ma- esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Nazaret: et erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.—Credo.

Offertorium. Judith. 15. Quia fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum: ita et manus Domini confortavit te, et eris benedicta in æternum.

Secreta.

Majestati tuæ, Domine, Agnum immaculatum offerentes, quæsumus, ut corda nostra ignis ille divinus acendat, qui Cor Beatæ Mariæ Virginis ineffabiliter inflammavit Per Dominum.

Prefatio. Et Te in Festivitate Beatæ Mariæ Virginis.

Communio. Cant. I. Sub umbra illius quem desideraveram, sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo.

Post-Communio.

Dinvitis refecti muneribus Te Domine suppliciter exoramus, ut Beatae Mariæ Virginis intercessione, cuius Purissimi Cordis Solemnia venerando egimus, à presentibus periculis liberati, aeternae vitae gaudia consequamur. Per Dominum.

SUBDELEGACION CASTRENSE

DE LA
Diócesis de Astorga.

CIRCULAR.

Estando prevenido que todos los Párrocos y Capellanes Castrenses remitan á las respectivas Subdelegaciones copias de las partidas Sacramentales de las personas sujetas á esta jurisdicción, debiendo considerarse tales Párrocos ó Capellanes aquellos, que, aunque siéndolo de la jurisdicción ordinaria, asisten á los matrimonios en que ambos ó alguno de los contrayentes pertenece á la Castrense por delegación ó con autorización de este Tribunal, sin lo que no pueden verificarlo legalmente, me prometo del celo de todos los Sres. Párrocos y demás Ecclesiásticos de la Diócesis comprendidos en este caso, que en lo sucesivo remitirán con toda puntualidad á esta Subdelegacion copia de las partidas de que queda hecho mérito, tanto de los matrimonios que hubieren autorizado hasta el dia, como de los

que en adelante autorizaren, segua-
terminantemente se les previene en los
despachos que para su asistencia se
libran por este Tribunal, procurando
espresar en las mismas la fecha en
que fueron expedidos.

Astorga 20 de Octubre de 1862.
—El Subdelegado.—Dr. Felipe Pe-
rez.

NOTICIAS GENERALES.

—Los periódicos extranjeros nos dan cuenta de la solemne ceremonia verificada en Aix-la-Chapelle con motivo de la reunión general en dicho punto de las asociaciones católicas de Alemania. La antigua ciudad imperial, dicen, se ha mostrado digna de sus huéspedes. El ramaje, las flores y los colores nacionales se enroscaban caprichosamente en torno de las estatuas, las divisas y otros emblemas religiosos que atestiguaban, al par que el buen gusto artístico, los profundos sentimientos de fe del municipio. Las reuniones se verificaron en la gran sala de los Emperadores en la antigua Casa de la Ciudad. Mil seiscientos diputados de las asociaciones católicas, y mas de otros dos mil asistentes de todas las clases de la sociedad han tomado parte en ellas. Alemanes, belgas, franceses etc., han acudido á estrechar sus manos, á cambiar sus pensamientos, y á testimoniar una vez mas el periodo y robustez de la unión católica.

Entre las personas más distinguidas, se veian á Mons. el Obispo de Hildesheim; Mr. Brandi, sufragáneo

de la diócesis de Colonia; M. Nardi, los Sres. Philleps, H. Müller, Moeller y Arenot; profesores respectivamente de Viena, Würzburgo y Lovaina; Mr. Barthélémy, uno de los jefes del partido católico del Parlamento belga, y M. Dupetiaux, de Bruselas.

ESPEDICIÓN DE PRECES Á ROMA.

Las dispensas matrimoniales corresponentes á la lista 6.^a de preces expedidas en principios de Julio de este año, fueron concedidas por Su Santidad, y se hallan en estado de que los procuradores respectivos pasen á recogerlas.

Lo que para su conocimiento y el de los interesados se anuncia en este Boletín. Astorga 8 de Octubre de 1862.—Dr. Armesto.

CULTOS RELIGIOSOS.

El dia 26 del corriente á las 3 de su tarde se celebrará la Hora-CIRCULAR en la parroquial de S. Julian de esta Ciudad: predicará D. Juan Miguelez, catedrático del Seminario Conciliar de la misma.

ASTORGA.—1862.

Imprenta de D. Antonio Gullón.